Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36492
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



51

rursū p legtima assumitur: Quā quia preterit. ppheris quasi sponsi sodalibus qui ad se missi fuerant infectis. nouissime uenit dī filius dnī ihe. Quo crucifixo & amortuis resurgente. desponsat̄ nequaquā in legis iustitia sed in fide & in grā euglii. ut dū cognouerit unigenitū. cognoscat & patrē. Dicit enī ipse ad philippū. Tanto tempore uobiscū sū. & ñ cognouistis me. Philippe. qui uidet me uidet & patrē. Quom̄ tu dicis. ostende nobis patrē. Non credis quia ego in patre. & pater in me est. Qui in fide fuerit desponsatus & crediderit euglio. statim sicut quia ipse sit ds. credens in eū quē prius negauerat Et erit in die illa exaudiā dicit dnī exaudiā celos. & illi exaudient terrā. & terra exaudiet triticū & uinū & oleū. & hec exaudient iehrahel. & seminabo eā mihi in terrā. & miserebor eā quę fuit absq; mia. & dicā ñ pplo meo pplis ms tu. & ipse dicit dnī ms tu. L.xx. Et erit in die illa dicit dnī exaudiā celū. & celū exaudiet terrā. & terra exaudiet frumtū & uinū & oleū. & hec exaudient iehrahel. & seminabo eā mihi sup terrā. & diligā ñ dilectā. & dicā ñ pplo meo pplis ms tu. & ipse dicet dnī ds ms tu. In die illa & in illo tempore quando te mihi in fide despondero. & cognoueris qd ego sim dnī. exaudiā celos qui enarrant glam dī. & celi exaudient terrā ut eam celesti pluuia irrigent. & terra de qua orta ē ueritas. & in cui agrū pater familias egreditur ut seminet semen suū. & exaudiet triticū & uinū & oleū de quib̄ sup̄ diximus. & hec omia exaudient iehrahel id ē semen dī. ut intelligatur omniū rerū habundantia atq; fertilitas ob dī semen qui xpc ē condonari. Qd dī semen seminatur in terra ut multaplices fructus afferat. centenariū. sexagenariū & tricenariū. & illa meretrix quę dō fuerat copulata & tres ediderat liberos. duos masculos & unā feminā. primū iehrahel. sedam absq; mia. tertiū ñ pplis ms. uideat ppter semen dī mutata ē rerū uocabula. & in xpi fide miam consecutā quę absq; mia erat. & uocatū pplm dī qui prius ñ pplis uocabatur: Ex quo pspicam̄ posse uniuersa quę dicta s̄ referri & ad decē tribus quę isrl uocantur. & sub nomine meretricis tres liberos ediderunt. & ad omnē gentē iudaici nominis. De exaudtione celi & terre & frumenti & uini & olei & iehrahel hoc quidā sentiunt. qd postquā xpc aduenerit omia suo currant ordine. & utilitati hominū cuncta deseruiat creatura ut ab initio condita ē. Quę omia iudei & nri iudaizantes. p antixpm in fine mundi corporaliter prestolantur Et dicit dnī ad me. Adhuc uade diligē muliere dilectā amico & adulterā. sicut diligit dnī filios isrl. & ipsi respectant ad deos alienos.